

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

7


VGOLINI VRBEVETANI

DECLARATIO  
MVSICAE DISCIPLINAE

EDIDIT

ALBERTVS SEAY

II



ROME  
AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY  
1960

AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY  
ARMEN CARAPETYAN, PH. D.  
DIRECTOR

# CORPUS SCRIPTORUM DE MUSICA

7

UGOLINO OF ORVIETO  
DECLARATIO MUSICAE DISCIPLINAE

II

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

7


VGOLINI VRBEVETANI

DECLARATIO  
MVSICAE DISCIPLINAE

EDIDIT

ALBERTVS SEAY

II



ROME  
AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY  
1960

*Copyright 1960 by Armen Carapetyan*

## C O N T E N T S

Declaratio Musicae Disciplinae Liber Secundus . . . . .	1
Declaratio Musicae Disciplinae Liber Tertius . . . . .	54
Proemium Iohannis de Muris . . . . .	59
Capitulum I: De prolatione . . . . .	62
Capitulum II: De partibus prolationis . . . . .	67
Capitulum III: De perfectione et imperfectione . . . . .	84
Capitulum IV: De alteratione . . . . .	167
Capitulum V: De puncto . . . . .	181
Capitulum VI: De signis . . . . .	197
Capitulum VII: De ligaturis . . . . .	220
Capitulum VIII: De sincopa . . . . .	237
Capitulum IX: De pausing . . . . .	249
Capitulum X: De diminutione . . . . .	258
Capitulum XI: De colore . . . . .	264

## DECLARATIO MUSICAЕ DISCIPLINAE

### LIBER SECUNDUS

#### [PROEMIUM]

<sup>1</sup> Homo dicitur esse liber qui sui ipsius causa est et in ratione causae moventis et in ratione finis. <sup>2</sup> In ratione causae moventis, cum ab eo quo homo est et in eo principalissimo, puta ab intellectu praejudicando et ordinando modum et rationem agendi movetur. <sup>3</sup> In ratione autem finis, cum ad bonum et finem ipsius secundum id in eo principalissimum movetur, et tanto magis homo secundum naturam dicitur esse liber, quanto magis ab eo principalissimo et ad finem et bonum eius est aptus natus moveri. <sup>4</sup> Intellectuali igitur operatione, quae hominis est propria, cum illius gratia operatur a quo movetur, homo noscitur esse liber et tanto magis liber est, quanto magis secundum propriam intellectus operationem et gratia ipsius operatur.

<sup>5</sup> Servus autem dicitur esse homo qui ex materie in dispositione non a proprio intellectu quo determinatur, sed ab altero et alterius ratione nec sui, sed alterius gratia operatur est aptus moveri, et quanto minus est aptus moveri a se et magis ab alio et ad alterius finem et non ad proprium, tanto magis dicitur esse servus. <sup>6</sup> Hoc autem virtus efficit corporea atque robur cum ratione quoniam corporeae virtutis excessu et materie deficit virtus, intellectus et formae. <sup>7</sup> Et ideo Aristoteles primo politicorum dicit quod vigentes intellectu et si deficiant corpore sunt naturaliter aliorum domini. <sup>8</sup> Robusti autem corpore deficientes intellectu sunt naturaliter servi. <sup>9</sup> Ex

*Notae criticae quoad titulum in codicibus:*

Musicae disciplinae Ugolini Urbevetani liber secundus R<sub>1</sub>

Musicae disciplinae liber secundus incipit feliciter qui contrapunctus dicitur R<sub>2</sub>

Incipit liber secundus declarationis musicae disciplinae R<sub>3</sub>

Incipit liber secundus declarationis musicae disciplinae: Qui de musica melodiata simplici sive de contrapuncto tractat R<sub>4</sub>

<sup>1</sup> R<sub>1</sub> 198    R<sub>2</sub> 100    R<sub>3</sub> 1    R<sub>4</sub> 119'

<sup>2</sup> et pro (praejudicando) ac R<sub>1</sub> R<sub>2</sub>

<sup>3</sup> natura R<sub>1</sub> R<sub>2</sub>

<sup>4</sup> operatur (a quo) om R<sub>1</sub>

<sup>5</sup> (sed) alterius om R<sub>2</sub>    et quanto . . . moveri om R<sub>2</sub>    (a se) et magis om R<sub>2</sub>

<sup>6</sup> virtus (efficit) om R<sub>3</sub>

<sup>9</sup> ad finem . . . agendi om R<sub>2</sub>

quoniam quae sensu recipiuntur intellectu facilius apprehenduntur et voce significantur eas voces tradimus in notis cum litteris loca notantibus, ut earum demonstratione intellectualis cognitio augeatur. 61.

<sup>8</sup> Ex his primi contrapuncti notis per arsyn et thesyn a Γ ad E secundum sine mutatione possumus ordine contrapuncti servato contrapunctum facere, ut intelligenti plene patet.

## CAPITULUM XVIII

### <sup>1</sup> De secunda parte contrapuncti

<sup>2</sup> Secunda pars contrapuncti huius quae est naturae secundae in C secundo initians et in A tertio terminans naturae primae b quoque quadro intermedio ac sibimet tum per arsyn, tum per thesyn, est omnino contrapunctando respondens cuius voces, scilicet, ut, re, mi, fa, sol, la, locis omnibus inter naturae primae initium et naturae secundae ultimum terminum constitutis consonantias et dissonantias videntur afferre, ex quibus profecto peritus cantor dulce contrapuncti melos potest componere. 62.

<sup>3</sup> Quae voces naturae secundae, ut dictum est, naturae primae certe risque locis infrascriptis correspondere videntur, quae hic cum suis numeris descripta sunt.

<sup>4</sup> Naturae primae initium:

C	ut (8)	mi (10)	sol (12)	la (13)
D	re (8)	fa (10)	la (12)	
E	ut (6)	mi (8)	sol (10)	
F	ut (5)	re (6)	fa (8)	la (10)
G	re (5)	mi (6)	sol (8)	
A	ut (3)	mi (5)	fa (6)	la (8)
B	re (3)	fa (5)	sol (6)	

Secundum:

C	ut (1)	mi (3)	sol (5)	la (6)
D	re (1)	fa (3)	la (5)	
E	ut (3 inf)	mi (1)	sol (3)	
F	re (3 inf)	fa (1)	la (3)	
G	ut (5 inf)	mi (3 inf)	sol (1)	
A	ut (6 inf)	re (5 inf)	fa (3 inf)	la (1)

<sup>5</sup> Vocabulorum praedictarum naturae qualitate et quantitate descriptis eas in notis, ut clarior habeatur notitia demonstramus. 63.

<sup>1</sup> R<sub>1</sub> 224    R<sub>2</sub> 112'    R<sub>3</sub> 17'    R<sub>4</sub> 133'

<sup>2</sup> dulce om R<sub>4</sub>

<sup>5</sup> demonstrationis *pro* demonstramus R<sub>3</sub>    ut patet a tergo *add* R<sub>1</sub>

*oportet quod eam immediate sequatur nota maior vel minor in forma, et cetera, et etiam dedit quandam modum cognoscendi notam de se perfectam esse perfectam, ubi dixit quia similis ante similem non potest imperfecti, nunc docet auctor et dat aliam regulam cognoscendi notas de se perfectas esse perfectas vel imperfectas, ex qua particula quatuor elicimus conclusiones.*

<sup>4</sup> Prima conclusio sumitur ex hoc quod dicitur, *quando post longam de modo perfecto sequuntur duae vel tres breves tantum nulla sola brevi praecedente a qua possit imperfecti perfecta est.*

<sup>5</sup> Ex hac enim conclusione habemus doctrinam et regulam quibus cognoscere possumus quando longa modi minoris perfecti quae de se perfecta est, est perfecta vel imperfecta; et dicit auctor quod tunc ipsa longa modi minoris perfecti quae de se est perfecta dicitur esse perfecta supple quoad totum, quando post ipsam longam sequuntur duae vel tres breves tantum, ex qua conclusione intelligimus quod nullo modo illae tres breves vel illae duae ad invicem possunt separari, ut ipsarum aliqua longam praecedentem possit imperfecte, sed debent ad invicem copulari et coniungi. <sup>6</sup> Nam tres illae breves modum minorem perfectum complent ex se, sed duae illae perfecti modi maiorem partem tenent, ad quas per sincopam vel aliter altera reducitur brevis pro ipsis modi perfectione complenda. <sup>7</sup> Et sic longa ipsa ab his tribus vel duabus brevibus non imperfectitur, sed illesa remanet et perfecta.

<sup>8</sup> Sed super hoc insurgit dubitatio utrum si valor trium vel duarum brevium sequeretur post longam valor unius brevis posset imperfecte longam.

<sup>9</sup> Ad hoc diversi diversimode respondent. <sup>10</sup> Quidam enim dicunt quod si valor sit trium longarum tunc ex quo modus redditur completus et perfectus, quod valor ille nullatenus debet parti et sic non imperfectitur longa. <sup>11</sup> Si vero valor sit duarum brevium sine aliqua brevi quod tunc valor unius brevis interdum imperfectit longam, ut exempli gratia, si inter duas longas esset valor duarum brevium, et non brevis aliqua quod tunc longa prima non alias imperfecta nec puncto perfectionis punctata a valore unius longae imperfectitur et a valore brevis altero imperfectitur altera longa non alias imperfecta nec puncto perfectionis punctata.

<sup>12</sup> Et si quaeratur ab istis quare valor duarum brevium magis imperfectit longas quam ipsae breves, respondetur quod contingere potest duas breves esse inter duas longas, quarum ultima pro perfectione modi minoris

<sup>3</sup> *tertia om R<sub>2</sub> que pro quem R<sub>2</sub> dicit ubique R<sub>4</sub>*

<sup>5</sup> *quae<sup>1</sup>... perfecti<sup>2</sup> om R<sub>1</sub> R<sub>2</sub> alia pro aliqua R<sub>1</sub> R<sub>2</sub> elicitor pro dicitur R<sub>2</sub>*

<sup>6</sup> *compellent pro complement R<sub>2</sub>*

<sup>12</sup> *respondent R<sub>4</sub>*

<sup>21</sup> Demonstratio longarum nigrarum plenarum in modo minori perfectarum. ♩ ♩ ♩

<sup>22</sup> Demonstratio longarum nigrarum vacuarum in modo minori imperfectarum. ♩ ♩ ♩

<sup>23</sup> Demonstratio longarum rubearum plenarum in modo minori imperfectarum. ♩ ♩ ♩

#### CAPITULUM VI-5

<sup>1</sup> Item si breves inveniantur nigrae et vacuae vel rubeae,  
nigrae sunt temporis perfecti, vacuae vel rubeae  
imperfecti

<sup>2</sup> In parte superiori auctor posuit signum per quod habet fieri distinctione primae mensurae, scilicet, modi maioris et minoris, quod signum fuit maximarum plenitudo et evacuatio ac in ipsis maximis colorum variatio.  
<sup>3</sup> Nunc autem in parte ista auctor ponit signum distinctionis secundae mensurae, quod signum est circa plenitudinem et evacuationem ac colorum variationem ipsarum brevium quae sunt notae temporis, quod in mensuris locum secundum tenet, sed ea ratione qua superius dictum est de maximarum longarumque plenitudine et vacuitate ac colorum varietate, hic dici potest de huiusmodi brevium accidentibus. <sup>4</sup> Tempus namque duplex est, perfectum, scilicet, et imperfectum, quae per haec signa distinctionem accipiunt, nam si in aliquo cantu reperiuntur breves nigrae plenae et breves nigrae vacuae vel rubeae plenae, breves nigrae plenae perfectae sunt et temporis perfecti, et breves nigrae vacuae vel rubeae plenae imperfectae sunt et temporis imperfecti. <sup>5</sup> Sed haec brevium distinctio locum habet, si in eodem cantu huiusmodi breves plenae nigrae et vacuae vel rubeae reperiantur. <sup>6</sup> Quorum demonstrationes eae sunt.

<sup>7</sup> Exemplum brevium nigrarum plenarum: ■ ■ ■

<sup>8</sup> Nigrarum vacuarum: □ □ □

<sup>9</sup> Rubearum plenarum: ■ ■ ■

<sup>21</sup> nigrarum om R<sub>1</sub>      Nigrae plenae loco omnis sententiae R<sub>4</sub>

<sup>22</sup> Nigrae vacuae loco omnis sententiae R<sub>4</sub>

<sup>23</sup> Rubeae plenae loco omnis sententiae R<sub>4</sub>      sequitur textus add post exemplum R<sub>1</sub> R<sub>4</sub>

<sup>1</sup> R<sub>1</sub> 411      R<sub>2</sub> 200'      R<sub>4</sub> 224

<sup>6</sup> sunt eae R<sub>2</sub>      hae R<sub>4</sub>

<sup>7</sup> Nigrae plenae loco omnis sententiae R<sub>1</sub>      R<sub>4</sub>

<sup>8</sup> Nigrae vacuae loco omnis sententiae R<sub>1</sub>      R<sub>4</sub>

<sup>9</sup> Rubeae plenae loco omnis sententiae R<sub>1</sub>      R<sub>4</sub>

*sed ipsi vocant taleam quando similes figurae repetuntur et non similes voces, et sic fiunt figurae diversarum vocum.* <sup>6</sup> Stat ergo color in processu plurium figurarum similiū vocum plures repetito. <sup>7</sup> Sed talea in processu solum plurium figurarum etiam plures repetitio et non vocum similiū. <sup>8</sup> Hic namque processus qui color est in medio cantus habet reperiri, qui nihil aliud est quam quaedam melodia in cantu plures repetita et differt iste processus ab eo qui introitus nuncupatur. <sup>9</sup> Hic enim processus fit cum aliqua pars alicuius cantus finem alterius partis eiusdem cantus assumit. <sup>10</sup> In fine ergo partium cantus hic habet reperiri processus qui improprie dicitur color licet communiter valeat appellari.

### CAPITULUM XI-3

<sup>1</sup> *Quae differentia quamvis servetur in quam pluribus tenoribus motetorum non tamen servatur in ipsis motetis*

<sup>2</sup> *Exempla patent in motetis, et haec dicta quamvis rudia sufficient in arte practica mensurabilis cantus anhelantibus introduci.*

<sup>3</sup> In hac ultima et finali huius operis parte auctor docet ubi haec differentia coloris et taleae habeat reperiri, et dicit quod tempore suo ipsa differentia solum reperiebatur in quam pluribus tenoribus motetorum, sed non reperiebatur in ipsis motetis, ut coloris et taleae exempla patent in ipsis motetis. <sup>4</sup> Postea dicit quod *haec quae dicta sunt quamvis rudia*, id est, grossa. <sup>5</sup> Hoc dixit ex humilitate et bonitate sua quia certe subtilissima sunt secundum materiam, *sufficient anhelantibus*, id est, desiderantibus introduci in arte practica mensurabilis cantus. <sup>6</sup> Sed quamvis ii cantores antiqui solum in motetorum tenoribus colore et talea uterentur, moderni tamen perspicacius intelligentes his coloris et taleae differentiis in tenoribus, superioribus atque contratenoribus mensurarum ordine servato utuntur, et sic sit finis declarationis huius musicae mensuratae eximii doctoris magistri Iohannis de Muris.

<sup>7</sup> Et quamvis huius artis partes ratione demonstrari non possint, tamen conati sumus eas nostri parvitatem ingenii persuasibili declaratione monstrare. <sup>8</sup> Sic ergo discentes capiant sicque acceptent ut scientiae et declarationis defectum suppleat caritatis perfectio.

<sup>8</sup> quod *pro* quam R<sub>2</sub>

<sup>1</sup> R<sub>1</sub> 467      R<sub>2</sub> 223'      R<sub>4</sub> 253      Sequitur textus (Quae) *add* R<sub>4</sub>

<sup>4</sup> quae *sup lin* R<sub>2</sub>      sunt *om* R<sub>2</sub>

<sup>5</sup> certissime R<sub>4</sub>

<sup>6</sup> hi *pro* ii R<sub>4</sub>

<sup>8</sup> Expl Bonitati eternae a qua haec et bona cuncta procedunt sit laus et gloria sempiterna. Amen R<sub>4</sub>